
(Cod. 3434)


V
B
J
C

LIBER

LAPIS

Quem Reprobaverunt Ædificantes hic factus est in Caput Anguli, a Domino factum est istud.

Et est mirabile in oculis nostris, Hæc est Dies quam fecit Dominus: exultemus, & lætemur in ea.

per

AUGUSTINUM NABOROWSKI

EDITUS.



CRACOVIÆ.

1793.

PROTESTATIO AUTHORIS.

Ego Auguſtinus quondam in Judaismo natus, ac educatus, tantum in Literis profeci ut Rabbi, (quod interprætatur Magiſter in Lege) aliorum Judæorum extiterim, publiceq; in Synagogis, ac Gymnasiis Annis 10. Alumnis meis Sensum Sacræ Scripturæ, ac Oracula Prophetarum explanaverim. Et ut Zelator Fidei meæ, ac Paternarum Traditionum viderer, errores Talmud plenos blasphemiæ in Chriſtum, & Ejus Religionem Animis audientium inculcabam. Nunc autem renatus ex Aqua & Spiritu Sancto, ac veræ fidei Lumine illuſtratus, Sanaq; doctrina, imbutus, purgatus ab omni errore, & ab omni inquinamento mundatus juxta illud Ezechielis Prophetæ: Effundam ſuper vos Aquam mundam, & mundabimini &c: Dabo vobis Cor novum, & Spiritum novum ponam in medio veſtris, & faciam, ut in præceptis meis ambuletis Cap: 36. versu 26. Sero Fidem

dem, adventus veri Mefsiæ Chrifti JESU, ac gloriam Pafsionis Ejus divulgare, ac defendere contra perfidos Judæos & obcæcatos proposui. Obsecro Te tantum Chrifte JESU, ut mihi concedere digneris, tam longum vitæ ſpatium donec opus per Te inceptum, quod luci publicæ edere cogito. Sat magnum & arduum perficiam. Nunc autem non lucri, aut humanæ laudis gratiâ, sed ad Nominis Tui gloriam promovendam. Opellam hanc parvam per me conſcriptam, quam Tibi offero benigne ſuſcipe.

Ego Auguſtinus in Fide Romano-Catholica Inftitutus, in hac vixi, in hac moriar, teftorque: si forte in extremo agone, contrarium mihi excidat, illud me jam nunc indictum, irritumq; velle — Ut lumen hoc oculos illuminat corporis, sic credo Dominum JESUM illuminare omnem hominem venientem in hunc mundum: quia Ipse Lumen verum & æternum eft. O JESU Chrifte, dictum eft de Te per os Isaiæ Pro-

Cap. 28. ℣. 16. Ecce ego mittam in Fundamentis Sion Lapidem, Lapidem probatum, angularem, prætiosum, in Fundamento fundatum, qui crediderit non confundatur & non festinet.

Et ponam in pondere Judicium, & Justitiam in mensura, &c: Et delebitur fædus vestrum cum morte, & pactum vestrum cum Inferno, non stabit: flagellum inundans cum transierit, eritis ei in conculcationem &c:

Ideo Bone JESU in Quem Credo, & in Quo spero, & Quem Amo, per Sacratissimum Caput Tuum pungentibus spinis obsitum, per Crucem prætioso rubentem Sangvine, per aperti Lateris hiantia vulnera, denique per acerbissimam tuam mortem Te oro: me agonizantem respice, & hinc abeuntem in Regnum Tuum admitte.

Summe Deus: credo, & spero in Te, amo Tequo super omnia. O JESU, O JESU! JESU! esto mihi JESUS memento mei & salva me. (amo te.)

Suspiria ad Christum Crucifixum Væ mihi! quis dabit Capiti meo aquam & oculis meis fontem lacrymarum, & plorabo die ac no-cte. & flebo, in jejuniis & afflictione Animæ meæ, & cinerem tanquam panem manducabo, & potum meum cum fletu miscuam, per amaritudinem tuam, JESU Christe qnam sustinuisti in Cruce, maximè quando benedicta Anima Tua de corpore egrediebatur. Idcirco ego plorans & oculus meus deducens aquas Et dicam væ mihi qui peccavi.

Ah! JESU! Fili Dei Vivi propter me hominem Homo factus es memoro tristitiam Tuam quam in Anima Tua habuisti, quando in ultima Cæna Discipulis Tuis Corpus & Sangvinem tuum tradidisti Pedes eorum lavisti. Et dulciter eos osculando imminentem Pasionem prædixisti væ mihi qui pecavi.

O JESU Potentisʃime memoro qui a Juda Discipulo Tuo tradebaris & a falsis testibus accusabaris Veste propria exuebaris & Vestibus alie-

alienis induebaris colaph zabaris. Oculis & Facie velabaris, Alapis cædebaris. Spinis coronabaris. Arenuodine in Capite feriebaris, & innumerabilibus alijs calumnijs lacerabaris.

Ah! JESU Fortiſsime ſcriptum eſt de Te Isaiæ Cap. 53. Non eſt Species Ei, neque decor: & vidimus Eum & non erat aspectus & desideravimus eum Deſpectum & noviſsimum virorum, Idcirco, qui audivi Sacratiſsimæ Paſsionis Tuæ, multamq; ignominiam, innumeros dolores sudores & angores, ac mortem & hoc tuliſti pro me peccatore, ideo, clamo in sermone meo & dicam væ mihi qui peccavi.

Ah! JESU Perfectiſsime ſingulæ plagæ Tuæ in Corde meo grandem vocem habent. O JESU Gloriosiſsimè — o! quanta Spes, O JESU mirificè quanta fiducia reposita eſt mihi in Morte Tua & Sangvine Tuo. O JESU Chriſte Jucundiſsime, timor & terror venit ſuper me & operuit me magnus tremor, propter Paſsionem Tuam, Cor-

Cor meum dolet in medio mei, & terrores mortis ceciderunt ſuper me Et dixi Quis dabit mihi alas ſicut columbæ? avolarem & requieſcerem: Ecce elongarem fugam, commorarer in deserto — Deducam quasi torrentem lacrymas meas, per diem & noctem non dabo mihi requiem neque tacebit pupilla oculi mei. Ah! JESU Chriſte cibaſti Tu me pane lacrymarum, & propinaſti mihi lacrymas in mensura.

O Pie JESU memoro Sangvinem Tuum pro me eſſusum, Dolorem Tuum quem pro me suſtinuiſti Coronatus Spinis Crucem Tuam quem pro me tulliſti. Amariſsimam Mortem Tuam quem pro me confixus clavis obiviſti. Ideo quemadmodum cerva clamat, ad torrentes aquarum, ita anima mea clamat ad Te JESU.

O JESU Cariſsime sitivit Anima mea ad Te JESUM Filium Dei Vivi, & dicam O JESU Dulciſsime, quando veniam & apparebo coram Te.

Da

Da o JESU! aliquando videam illam Tuam Faciem a me, & pro me velatam, percuſsam, & conſputam, non per Speculum in ænigmate ſed facie ad Faciem.

O JESU Clariſsime, qui lavaſti pedes illius qui Te vendidit, osculavit & perdidit, sanaſti auriculam ejus qui Te capit, qui Te cum Juramento negat percuti & non percutere, accusari, & silere flagellari, & pati, crucifigi, & pro crucifixoribus orare: denique omnibus & ſemper beneſacere, agnoſco Tuam naturam, & ideo plus ſpero Tua Clementia.

O Benigne JESU, ego quidem peccavi cum Juda, tradens Sangvinem Juſtum, nunc tamen pænitens ſuſpiro: Sangvis Tuus ſit super in salutem Animæ meæ.

O JESU ſtetiſti nudus ad Columnam: ut operieris noſtram nuditatem: Stetiſti vinctus: ut vincula noſtra dirumperes, expectaſti & excepiſti flagella: ut a nobis averteres flagella iracundiæ, Tanta Misericordia, Tanta Pietas, Tanta Charitas Redemptoris.

O JESU Te sub Spinea Corona adoro, Regem cordis mei, confige in me sacratiſsimis hisce Spinis: quidquid a Te alienum eſt. Confige cor meum: ut Amoris Tui jaculô vulneratum perennaturis subinde rosis coronari mereatur. Deteſtor o mi JESU! perversum meum Judicium: quod Barabbæ (rebus nempe ludicris & tranſitorijs) poſtposui, Te & ſupplico: ut me non reſpuas, cujus Saluti vitam Tuam poſtposuiſti.

O mi JESU! duc me ad conſpectum Patris, ut Te quondam Pilatus duxit ad conſpectum Populi, & pro me perora dicendo Ecce Homo pro quo ego Filius Tuus factus sum homo.

O JESU mi! iniquiſsimè a Judæis condemnate, coram Te ingemiſco: tam quam reus culpa rubet vultus meus, ſupplicanti parce JESU Paſsus es Te, ô mi JESU! iniquè condemnari, ut Tui condemnatio mei eſset defenſio: abſolvè me in diſtricto illô Judicio.

Ecce

Ecce curvatus sum, o JESU usq; in terram, ut ſuſcipiam Crucem Tuam quam mihi in his morbi doloribus detuliſti: Ecce extensas manus: ut eam accipiam: inclinatos humeros: ut portem portabo eam usq; in finem: ut salvus ſiam: Vivam ferens Crucem moriar amplectens Crucem: nec prius dimittam Crucem: quam in manus Tuas emittam Spiritum meum.

Sic, ô JESU! me hominem de terra terrenum crucifige: ut Tecum confixus Cruci Tecum ſim Conſors Regni. O JESU! Tu qui mei causa medius perpendiſti inter Latrones, mihi pænitenti (dum Judex medius inter hædos & oves) inter oves locum præſta, & ab hædis me sequeſtra.

Commenda me o JESU! ut quondam Joannem Matri Tuæ: Mulier ecce Filius Tuus, quia ego servus & filius Ancillæ Tuæ salvum fac filium Ancillæ Tuæ. Quando ab omnibus derelictus tradam Spiritum meum o JESU! recordare quia Tibi derelictus eſt pauper, ne derelinquas me, ideo

enim

enim Te Pater Tuus in Cruce dereliquit: ne me pauperem derelinquas, reſpice & miserere mei: quia unicus: & pauper sum ego. Inſpira cordi meo ô JESU! Spiritum, quem moriens in Cruce emiſiſti: ut vivam ego: non jam ego: vivas vero in me Chriſte.

Per tuum Cor transverberatum te oro Amantiſsime JESU, ut in Latere Tuo abſcondas me donec transeat furor Tuus.

Sangvine Tuo medere mihi Domine, & c ra vulneribus Tuis vulnera mea.

Sine Te: mi JESU! nulla eſt securitas, nulla voluptas, ſine Te, nulla felicitas nisi in Te non eſt in mundo qui me conſoletur, non eſt usq; ad unum præter Te.

Pone inter Juſtitiam Tuam, & peccatricem animam meam, cum ad Tribunal Tuum venerit, Sacratiſsimæ Paſsionis Tuæ pretium.

Jam Sangvis Tuus Domine non quærit ultionem: Sangvis Tuus lavat crimina, peccata condonat. Lava animam meam, quam Tua Imagine signaſti, munda corpus, quod redemiſti.

O JE-

O JESU! Amor: & desiderium meum extingve in corde meo affectum terrenorum, Tuiq; Amoris ignem in me accende.

Saucia ô Bone JESU interiora Animæ meæ memoria vulnerum Tuorum, inscribe, atq; imprime illa cordi meo, & mentem meam. Sangvine Tuo prorsus inebria, ut Tibi soli intendam.

JESUS Crucifixus sit in meute mea (signetur frons) JESUS Crucifixus sit in ore meo (signetur Os) JESUS Crucifixus sit in corde, & opere meo (signetur pectus).

O Amor Crucis Domini mei JESU Christi fac mihi gratiam, ut Te inveniam in corde meo.

O Deus! ego amo Te, nec amo Te ut salves me, aut quia non amantes Te, æterno punis igne, Tu Tu mi JESU! totum me amplexus es in Cruce, nec præmij illius spe sed sicut Tu, amasti me sic amo & amabo Te, solum: quia Rex meus es, & solum quia Deus es.

Aspice Pie Pater Piissimum Filium

lium pro me tam impia paſsum, vide pie Pater Redemptoris ſupplicium & Redempti dimitte delictum.

Reſpice quæso Domine, ſuper hanc animam meam, pro qua Dominus noſter JESUS Chriſtus non dubitavit manibus tradi nocentium, & Crucis subire tormentum. O Pater Vox Sangvinis Fratris noſtri pro nobis effusi clamat ad Te de Terra, Audi Pater vocem Sangvinis Filij Tui, pro me perorantis.

O JESU Clarior Sole, Pulchrior Luna, Splendidior Stellis quomodo obſcuratum eſt aurum, mutatus eſt Color optimus Tuus. Quomodo denigrata eſt ſuper Carbones Facies Tua non eſt cognita, adhesit Lingva Tua ad palatum insiti — O JESUS Salus noſtra vera, Tu in Cruce pendens, sitiſti Salutem Generis humani dicens sitio, illi autem Judæi dederunt Tibi in eſcam fel, & insiti Tuo potaverunt Te aceto, & cum accepiſses Acetum, dixiſti Conſummatum eſt, & inclinatô Capite æterno

Patri

Patri Spiritum tradidisti, exclamans voce magna Pater in manus Tuas commendo Spiritum meum, (qui eſt homo, qui non fleret;) O JESU Chriſte! memores dolorum Tuorum, quos ſuſtinebat pro me Bone JESU per Sanctiſsimam Mortem Tuam, da mihi bonam mortem. Mane JESU in me, ego in Te, ut vivam propter Te, in me imò nec ego vivam sed Tu in me.

O JESU! Cuſtos hominum non diſcedas a me ego inveni JESU Te, quem diligit anima mea, & nec dimittam Te JESU usque in æternum.

Vide, vide pie Pater Redemptoris ſupplicium & Redempti dimitte delictum *S. Aug.*

O JESU! Rogo Te, Amor qui ſemper ardes & nunquam extingveris Charitas Deus meus accende me *S. Aug.*

Amores cum Gratia Tua mihi dones, & dives sum satis *S. Aug.*

Amem Te Deus, mihi plusquam Angeli: & Beati, plusquam Seraphini & Herubini *S. Aug.*

Omnes ament JESU Te amore omni posſibili Sanctorum Tuorum, utinam totus inflammas redigar amore Tui *S. Aug.*

Amo Te Deus magis, atq; magis amare Te desidero S. Aug: Sero Te amavi pulchritudo, tam antiqua pulchritudo, tam nova, sero Te amavi S. Aug. Oro Te, cognoſcam Te, amem Te, ut gaudeam de Te, Domine tu scis quia amo Te, S. Aug. Inflamma o Domine amorem meum & fac cor meum in Te, ceu in unico amoris mei centro conquieſcere. *S. Aug.*

Quis mihi dabit requieſcere in Te quis mihi dabit ut venias in cor meum & enebries illud, ut obliviſcar mala mea, & Unum Bonum meum amplectar Te *S. Aug.*

O quantum, a nobis miseris es amandus, quos sic amaſti, salvaſti, sublemaſti, *S: Aug.*

Ego sum, qui peccavi, sed tamen ſpero: quia de Te dictum eſt, hic peccatores recipit *Luc. Cap.* 15.

Respi-


Respice me, non venisti vocare justos, sed peccatores *Marc. Cap.* 2.

Voca me, Tu venisti in hunc mundum peccatores Salvos facere, quorum ego primus sum, Salva me *Timot: Cap.* 1.

Suscipe JESU! me Crucifixe, inter amorosa illa brachia, quæ pro me in Cruce extensa video & amplector & fac me, videre Faciem Tuam.

O JESU infinite amabilis, dictum est de te, esurivi, & dedistis mihi; manducare, sitivi & dedistis mihi bibère, nudus,& cooperuistis me. &c: & discipulis tuis, respondisti, qvamdiu fecisti, uni ex his fratribus meis, minimis mihi fecistis, & ibunt hi in supplicium æternum, justi autem in vitam æternam. JESU rogo te hos amatores meos qui dant panes mihi esurienti, Jesu in die mala liberabis eos, & vivificabis illos & erunt sicut, fons aquarum, cujus non deficiet aquæ Amen.

Matheum Cap. 25. *v.* 35.


DUBLET
Bib. Jag.